Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



140

Ezechiel

elevatum est cor tuum in robore
tuo: propterea hec dicit dnus deus
eo q elevatum est cor tuum quasi
cor dei: propterea ecce ego adducam
sup te alienos robustissimos gen-
tium et nudabunt gladios suos super
pulchritudinem sapiencie tue: et pol-
luent decorem tuum suffigent et
detrahent te: et morieris in inte-
riore cordis tui in corde maris. Num
quid dicis loquens deus ego sum
coram interficientibus te cum sis homo
et non deus. In manu occidentium
te morte incircumcisorum morieris
in manu alienorum. qia ego locutus
sum ait dnus deus. Et factus est
sermo dni ad me dicens: fili ho-
minis leva planctum super regem
tyri et dices ei hec dicit dnus deus
Tu signaculum similitudinis plenus
sapiencia perfectus decore: in deli-
tiis paradisi dei fuisti: omnis lapis
pretiosus operimentum tuum: sardius
thopasius et jaspis chrysolitus et
onix et berillus. saphirus et
carbunculus et smaragdus aurum
quoque decoris tui et foramina
tua in die qua conditus es parata
sunt. Tu cherub extentus et pro-
tegens. et posui te in monte sancto
dei. In medio lapidum ignitorum
ambulasti: perfectus in viis tuis a
die conditionis tue: donec inventa
est iniquitas in te. In multitudine
negociacionis tue repleta sunt uni-
versa tua iniquitate et peccasti
eieci te de monte dei: et perdidit te c
cherub protegens de medio lapi-
dum ignitorum. Et elevatum est cor
tuum in decore tuo perdidisti sapien-
tiam tuam in decore tuo: in terram proiecit te
ante faciem regum dedi te ut conspi-
cerent

te. In multitudine iniquitatum tu-
arum et iniquitate negociacionis
tue polluisti sanctificacionem tuam. Pro-
ducam ergo ignem de medio tui
qui comedat te. et dabo te in ci-
nerem super terram in conspectu omnium
videntium te. Omnes qui viderunt te
in gentibus obstupescent super te
Nichil factus es. et non eris in
perpetuum: Et factus est sermo dni ad
me dicens: fili hominis pone fa-
ciem tuam contra Sidonem et prophetis
bis de ea. et dices. hec dicit dnus
deus: ecce ego ad te Sydon. et glo-
riabor in medio tui. et scient q
ego dnus cum fecero in ea iudicia
et sanctificatus fuero in ea. et im-
mittam in ea pestilenciam et sanguinem
in plateis eius. et corruent vul-
nerati in medio eius gladio super eum
circumquaque: et scient qia ego dnus et
non erit ultra domui israhel of-
fendiculum amaritudinis et spina
dolorem infensis undique proximis
eorum qui adversantur eis. et scient
qia ego dnus deus. hec dicit dnus
deus congregabo domum
israhel de populis in quibus dispersi
sunt. sanctificabor in eis coram
gentibus. et habitabunt in terra sua
quam dedi filio meo iacob. et habi-
tabunt in ea securi et edificabunt
domos et plantabunt vineas. et
habitabunt confidenter cum fecero
iudicia in omnibus que adversantur
eis per circuitum et scient qia ego
dnus deus eorum:

Anno decimo

In anno decimo in duodecimo
mense in die mensis. factum est
verbum dni ad me dicens: fili
hominis: pone faciem tuam contra